In oppido Legiuno.

D M
V F C I V L I V S
G R A T T I A N V S

Eodem in Templo.

✠ HIC SCI PRIMI MARTYRIS CORPVS VENE-
RANDVM IN XPO HVMATVM QVIESCIT.
QVOD DEO DIGNVS SERGIVS PAPA IVNIOR
EREMBERTO INLVSTRI VIRO CONCESSIT
AB VRBE ROMA CVM HYMNIS AC LAVDIBVS
SPIRITVALIB. Q CANTICIS DVM ESSET
TRANSLATVM QVEM INTER SCTOS EIVS
SPVS TENEAT PRIMATVM IN MVLTIS VIR-
TVTIB. ET SIGNIS EST DECLARATVM; RE-
CONDITVM EST CORPVS BEATI PRIMI MAR
TYRIS CVM RELIQVIIS SCI FELICIANI ANNO
INCARNATIONIS DNI NRI IHV XPI DCCCVI
KL AVG. INDIC. VIIII. ORDINANTE DOM. AN
GILBERTO ARCHIEPO ANNO. XXIII. PASSIO
SCTORVM VI ID. IVN.

Paulo Infra legiunum et Beſuntium ſeu Beſutium; egua in planitie; que tamen colliculis ſenſim aſſurgentibus adheret haud longe a Verbano lacu Brebia oppidum viſitur; tot Antiquiſſimis monumentis refertum; ut maximam ſui etiam nunc preſeferat Maieſtatē. In eo Tēplum minerue fuit. Cuius adhuc ingentia cernuntur veſtigia; Balnea quinetiam; lauationésq; eo in loco fuiſſe lapis uetuſtiſſimus Inſcriptuſq; docet: Tēpla quoq; duo inſignia; continet; In quibus maxima pars Antiquariorum locata eſt: Oppidi nomenclatura (vt eruditioribus Placet) græcam refert Dictionem Brebium quaſi Victoriam ſeu Victorię premium dicas; vel ἀπὸ τῆς βραβεῖας quo nomine vtitur Clitophon pro Decoro et pulchritudine: Vtraq; Interpretatio nobis arridet. Loci tamen ſitus indicat; hoc in tractu interduos Lacus Verbanum et Giuiratum Circum Vicinos populos olim Quinquatrios Ludos Minerue Celebraſſe; tametſi ob politiorem Structure formam Oppidum ipſum a Pulchritudine nomen ſumpſiſſe potuerit: Omnino olim maximum; nunc propè funditus dirutum; Vitelliano tam. n ex Vicecomitibus Illuſtri Comite; Integerrimóq; Viro gloriatur, Qui oppido ipſi, vt et pleriſq; alijs vicis et Caſtellis vltra citraq; Ticinum Amnem paterna Hereditate Dominatur: Ex eodem quoq;

Brebium oppidum.

Minerue Templum.

Quinquatrii Ludi.

oppido Brebiorum familia Mediolanēſis originem traxit; exqua Hieronymus Brebius noſter; cui ob ſingularē prudentiam et fidem a Carolo V Imperatore in Inſubribus ſuprema Aerarij cura demandata eſt; originem ducit: Ex pluribus monumentis que eo in oppido viſuntur duo nec ſatis integra adduxiſſe ſat fuerit.

C N TERENTIO PRIMO IIII VIR TERENTIAE C IVCCV QVI VICIN. HABITANTIB LAVATIONEM BALNEO OPTATISS.

Item.

D M

L COELIVS LEOVE
BARONIS
VIVIR PONTIFICII
IIII VIR ITEM TEMPLI
MINERVAE ET ALBV
TIAE VXORI EIVS
COELIVS PAREN. OPTATISS.
M

AD mōtium radices; quorum in vertice phanum eſt totius ferè Italiæ, Lauretano dumtaxat excepto, celeberrimum DEI PARAE VIRGINI dedicatum. Vltra Glareatum Lacum ad Septentrionem quo in loco tum primum Colles in altum extolluntur; Variſium iacet omniū Gentium Alpinarum; que Inter ſummas Alpeis Lucumonem; et Adulam vt Tſchudio Placet ad nos attinent; prefectura frequentiſſima et oppulenta. Non defuêre ſumma eruditione viri, qui iſtud oppidum vicum Varronis appellarint leuiſſima admodum ſimilitudine nominis adducti. Ego ex Blondo didici inter Aequicolos olim vicū Varronis extitiſſe; qui ætate ſua Amenis diceretur. Sunt itē qui à græca dictione Variſium deductum velint Theopompi authoritate moti: qui Varetinam regionē haud longè ab Hadria conſtituit. Cúmq; nullus locus eius nominis per eas partes reperiatur facilè ad Variſium oculos adiecere. Sed ego loci ſitum inſpiciens (vt interim taceam eruditorum nōnullorum opinionē) à Valliū exitu que in id oppidi plurimæ finiunt, Vallexium ſiue Vallexitū potius dixerim. A duobus .n. lacubus Verbano, et Lucano de quo mox dicendum erit, Valles, et circum iacentia Itinera in Vallexitum recta extenduntur; et ab alpibus ipſis ad Lacus, et a Lacubus plurimi montes in Vallexitum

Phanum Deiparę ad Montes.

Variſium opp.

Vicus varronis.

Aequicoli.

Amenis vicus

Varetina regio.

Valliūexitus.

procurrunt; Sed poſtquam in id loci Incidimus: vbi de ea rum Alpium tractu; quę Ticinum emittunt; ſit mentio; vnum et illud annotaſſe operę precium fore duximus.

Lepontii. Vallis leuentina.

Inter Leopontiorum Vallem; quę hodie Leuentina dicitur per quam Ticinus amnis rapidiſſimus à ſummis alpibus nūc Sancti Gothardi decurrit; et Vallem vulgò Meſochi; quam Meſius fluuius alluit à Culmine ocelli; vulgò Sancti Bernardini monte deſcendens. Tertia Vallis interduas continetur; Breuniam vocant. Quæ et ipſa à Lucumone monte nunc Sancti Barnabæ nūcupato flumen euomit; quod ſupra Billinzonam oppidum ſeu Bilitionis Caſtrum vt recentiores volunt apud Polegiūm vicum cum Ticino in vnum coaleſcit: vt inquit Ouidius.

Mons Sancti Gothardi. Vallis Meſochi. Meſius fl. Culmē ocelli. Mons Sancti Bernardini. Vallis Breunia. Lucumonus Mons nūc Sācti Bernabę. Bellinzona. Bellitionis caſtrum. Polegiū opp.

Maiori perdit nomen in amne minor.

Breunii opp. Plinius.

In Valle ipſa habitare populos; qui Breunij vocentur nominis cognatio declarat: vt Interim taceam Plinium hoc loco; qui in eo Alpium Latere; quod ad Inſubres ſpectat penès Leopontios locat. Sed cum de oppidi ipſius nomine Inter eruditos non ſatis conueniat (plurimis .n. diuerſisq; appellationibus nuncupatur) quid et nos de oppidi ipſius nomenclatura ſentiamus dicere non grauabimur. Sunt qui Birinzonam; Bellizonam alij; ſeu Billinzonam vocēt. Quo argumento recentiores Bilicionis caſtrum dixerint; nec illi aperuēre; nec ipſe video. Nos oppidum à Breunis populis cognomentum obtinuiſſe facilè crediderimus. Itaq; non Bellinzonam; vel Billinzonam; vel cum neotericis Bilicionis caſtrum; ſed potius Breunorum caſtrum; vel Breunizonam dicerem: quaſi Breuni agri zonam ſiue ſectionem; aut finem: calculum huic opinioni addunt Alpium; et Vallis Breunię accolæ: à quibus ętate hac etiam Bronzona pronunciatur: quę quidem vox cognatione ipſa ad priſcam populorum appellationem ſatis videtur alludere. Nunc ad Vallium topographiam; quibus à duobus Lacubus in Vallexitum iter eſſe diximus; noſtra feſtinet oratio. Plures à Verbano; et Lucano Lacubus vales in vallexitum finiunt: Sed quinq; ſunt Inſigniores.

Breunzona. Breunorū caſtrum.

Quinq; valles in vallexitum deſinunt. Lauenus portus verbani.

Prima ad Lauenum verbani portum extenditur: cui è regione vltra Lacum eſt Intrium; et Pallantia; haud procul à Thoſæ ſiue Athiſonis hoſtijs in Verbanum. Et quo in loco Sequanorum. ſeu Burgundionum iter à Beſuntio eorum metropoli in Inſubres deſcripſimus. Adhęret huic Valli Cuuia à vico olim; et nunc vallis precipuo nomen ſortita. Cuius ditio antiquiſſimæ Cottarum familię Inter Inſubres paret. Hanc vallem carmine elegantiſſimo olim Io. Stephanus Cotta poeta percelebris vallis ipſius Regulus quando deſcripſerit; ad Gannen hoc meo ordine ter-

Vallis prima. Intrium opp. Pallātia opp. Sequani. Burgūdiones. Secunda vallis Cuuia. Cottarum familia antiquiſſima Mediolanenſis. Tertia vallis. Stephanus Cotta. Gannæ.

Aurifodinę. Vallis gannę. Louiniū opp.

tiam redeo. Hæc aurifodinis et priſco æquè ut; Et opulento Monachorum Cenobio celeberrima eſt. Hæc in oppidum Louinij iuxta Verbani partem alteram viatorē ſiſtit. Sunt

Lauinium.

qui hoc Lauinium vocent; Quam ob rem viderint ipſi: ego communem vſum loquendi; quó planius Intelligar, ſequor. Louinio proximum eſt Germiniacum oppidum vul

Germiniacū opp. Triſſia fl.

gò nuncupatum. Inter hoc et illud Triſsia fluuius qui Lucanum Lacum exonerat in Verbanum; dilabitur. Putarē autem huius breuiſſimi tractus fluuium quo abundat; A loſa piſce; qui à græcis θρίσσα dicitur; denominatum.

Aur. Albutii. De Lucano lacu opinio.

Lucanum porrò Lacum Aur. Albutius noſtri temporis poeta Inſignis; et qui olim magis nominabitur partem Verbani exiſtimat Germiniaci nomenclatura motus: quaſi uelit Interpretari Geminum Lacum: tam contracto. n. cur-

Geminus lac⁹

ſu Triſsia Verbanum Ingreditur; ut vnus; idémq; Lacus videatur. preſertim cum de Lucano; de quo et à nobis aliquid referetur nulla ab antiquis authoribus quam ipſe viderim; facta ſit; mentio. Quarta uallis per vicos In-

Vallis quarta.

duni; Arciſatis; Vigluuij; cliuum vſq; protenditur; Indéq; ad Lucanum excurrit Lacum; et ad eam lacus partem maximè; quam portū vocant. Quinta et Vltima à ſtabio ad

Portus lucani Lacus.

ripam Sancti Vitalis viculū; qui caput lacus appellatur excurrit. In alteram mox Lucani partem recta tenden-

Caput lacus.

tibus occurrit Vallis hæc Nouocomenſis vrbi vicina eſt et proximior. Elegantiſſimę in Vallexio; ſiue Vallexito antiquitatum Inſcriptiones leguntur. E quibus ne ſequentia perirent hæc tria monumenta; viua reddidit ſua commēdatione Alciatus. Quartum In ordine nuper Ambroſij noſtri Calimeri opera; qui huiuſmodi delitijs oblectatur; apud nos viuit.

Alciatus. Ambroſius. Ca limeri.

I O M

CCANIA

NVSARAM

VOTAM

F

L M

ALIO QVOQ; IN LOCO.

MAXIMA
VERA
IDEA
IOVIS

ID ETIAM ANTIQVITATIS
IBIDEM VISITVR.

M SEX V
PAEONIS
MARCELLI
FIL

HOC CALIMERI NOSTRI DI-
LIGENTIA REPERTVM EST.

MACRINAE
VERINAE
VALERIVS
LVPIO
CONIVGI
CARISSIMAE

A Vallexio recta ad Lucanum Lacum contendenti, In Valle, cuius à nobis habita mentio eſt; Arciſate oppidum ſanè (vt ipſe arbitror) vetuſtiſſimum eſt. Antiquitatem Luce clarius arguunt elaboratiſſima plurimarum Inſcriptionum monumenta. Sunt qui arbitrentur et pro certo habeant municipium hoc à priſcis Aram Cæſa- Arciſate opp. Ara Cæſaris.

ris fuiſſe nuncupatum: Sed dictionẽ aiunt contaminatam à vulgo paſſim corrumpente omnia. Argumentum huius rei trahunt à marmore miræ cum vetuſtatis, tum elegantię nuper à ruderibus ſterquilinij, et obliuione extracto diligentia Nicolai Caſtillionei iuriſconſulti et mea: auxilio autem Mayni Moccioni; Eius vallis opum magnitudine primarij. Ex cuius Inſcriptione, qui aderant docti homines, argumentabantur id oppidi à vetuſtioribus Aram Cæſaris fuiſſe appellatum. Nihilq; referre atteſtantur Mercurio an Cæſari hæc dicata fuerit Inſcriptio à L. Cominio. Quando Auguſtum conſtet fuiſſe Mercurium appellatum à Romanis. Superq; hoc negocio Horatij carmen celebratiſſimum illud adducebant.

Nicolaus Caſtillioneus iuriſcon.
Mayn⁹ Moccionus.

Auguſt⁹ mercurius dictus.
Horatius.

Siue mutata Iuuenem figura.
Ales in terris Imiteris almæ.
Filius Maiæ patiens vocari;
Cæſaris vltor.

Itaq; ego, qui nolo in re tam tenui ſuperſticioſum nimis videri, potius illis aſſentitus ſum, quàm aduerſarios in me cocitare. Cum verò quid et ipſe de hoc ſentiam Paulo poſt ſim dicturus. Redeo ad L. Cominium. De quo vt plenior cognitio habeatur, Ipſam prius Inſcriptionem ad nectam: deinde qui fuerit, conabor explicare.

L. Cominius.

MERCVRIO
L COMINIVS
POLLIO
MILES LEG
XIIII GEM
BENEFICIA
RIVS LEGATI
CONSVLA
ARAM ET
TECTVM
V S L M

Cum ex primo belli Gallici commentario C. Cæſare ex hac noſtra Ciſalpina Gallia delectum in Heluetios traduxiſſe exiſtimatur, non ab re aliqui L. hunc Cominium Inſubrem à Cæſare in militiam aſcriptum fuiſſe: deinde cum diu et feliciſſimè rem nauaſſet, vacatione militiæ non donatum modo; ſed Priuilegijs et muneribus à Galba vel aliquo alio Cæſare honeſtatum in patriam ſeceſſiſſe in otium perpetuum. Huic opinioni nec refragabor nec aſſentiar. Ipſe autem arbitror L. hunc Comminium Cuius et familia apud Inſubres aliquid nominis decoriſq; retinet; non Cæſari, ſed Mercurio; qui Inſubribus maximo honori fuerat, cum quod mercibus et Lacubus præeſſet tum quod Mabeſeos periti Clima hoc noſtrum ſub Mercurij tutela eſſe velint; Aram dicauiſſe. Cæterum cum huius rei gratia in hanc Arenam minimè deſcenderim; ad tria illa elementa GEM. interpretanda me recipio: verum hac in re ſciant omnes non dici à me quod ſit certiſſimum: ſed quid ipſe ſentiam. Sunt qui Geminatæ Inter pretentur. Ego Geminę potius dixerim uelut ex duarum reliquijs vnam factam legionem. Cuius etiam mentionem habemus in Commentarijs de bello ciuili. Cor. etiam Tacitus historiarum author diligentiſſimus Libro decimo nono legionē hanc geminam ijs verbis celebrat. Vulgata in-

L. Cōminius.

Cominiorum familia.

Inſubres ſub quo climate.

Gemina legio

Cor. Tacitus.

quit victoria poſt principia belli ſecūdum Flauianos duę legiones . VII. Galbiana: XIII. Gemina cum Vidio Aquila legato Patauium Alacres veniunt. Hæc ille . Ex ijs itaq; verbis colligimus Legionem. XIII. agnomento geminam fuiſſe. Occurret hoc loco ſciolus mihi aliquis Gallico nomini infenſiſſimus dicens authoritate. T. Liuij non emitti optimum peditatum à Gallia Ciſalpina: Huic autem ego Ciceronem; qui fide et authoritate decem. T. Liuijs antecellit; fortiter oppoſuerim. Qui tertia; et Quarta Philip. Citeriorem hanc noſtram Galliam Florem vocat Italiæ; Imperij Ro. præſidium, et pacis ornamentum. Peditatui preterea Alpino palma datur ab hiſtoricis. Lectum ad hæc eſt à Galba duas legiones has in Gallia ſcriptas eſſe. Arbitrantur ergo legatum hunc multi de quo in lapide fit mentio; cuius beneficiarium. L. Comminius ſe fatetur; Vidium Aquilam fuiſſe. Dum hæc memoriæ proderem meæ et Merulæ diligentia in Herculearum Thermarum fundamentis in vrbe hac noſtra; vbi nunc Diui Laurentij Phanum colitur: marmoreus lapis eſt inuentus in quo eiuſdem Leg. XIII. Geminę memoria ineſt: cui Rufinus nō ſolum Tribuniciæ; ſed alius generis autoritatis pollens preerat . Inſcriptio plurima ex parte confracta eſt, et tot ſuper ageſtis edifitijs ita inter Cementa fuerat obruta; vt niſi ruina eam

Flauiani. Galbiana legio. Vidius aquila

T. Liuius arguitur authoritate. Ciceronis.

Therme. Herculee. Templū Diui Laurentii. Leg. XIII.

aperuiſſet;lucē nunquam erat viſura. Vtrunq; marmor vnius eiuſdēq; Lapidicine;qui Cōminij memoriam ſculpſit eandem preſefert manum. Ex ijs porrò Inſcriptionibus duabus;Ignauiſſimus quiſq; ſibi perſuaſerit Legionē hanc Inter Inſubres ſcriptam ab Imperatore: quando et miſſites;et Tribunus ipſe Mediolanenſis Inueniatur. Curtiorum Familia ſiquidem ex qua erat Rufinus Mediolani egregie floret. Porrò quot dignitates apud Imperatorem (vt aliqui volunt) Galbam;hic Rufinus obtinuerit;hec declarat Inſcriptio: Tribunatum eius. XIII. Leg. Gem. VI. Viratū. III. Viratū; vt equitū turmas duceret. Nouiſſimè vt monetis:monetarijsq; præeſſet auri argēti;et Aeris conflandis.

Curtiorum familia.

R RVFINO
TRIMILLED XIII
VIVIR TVRMIS
DVCEN IIII VIR
AAAFF CCVRTI
VSPATR
LDD

SEd iam ad ſuſceptam Vallis;in qua ara Ceſaris eſt; deſcriptionem redeamus. Porrò cum Aram Ceſaris dico;oppidum Intelligo vt non nullis placuit quod;nūc vocant Arciſate tametſi quid de eo oppido certius ſentiamus Inferius deſcribemus. Eo in oppido Lapis quoq; viſitur in quo Martialis quidam Mercurio vouit. Omnino vt iam dictum eſt Inſubribus maximo fuit honori Mercurius Tutelaris vt opinor Deus: Quòd mercium et Lacuum;quorum magnus apud nos prouentus eſt;cuſtos haberetur. Eius lapidis hec eſt Inſcriptio.

Ara Cæſaris in Inſubribus.

Arciſate.

Mercurius Lacuum mercium deus.

MERCVRIO
C F
MARTIALIS
MAR

Luteuii. Memoriola.

INnumera propè eo in oppido sũt ſaxa literis inſculpta: ſed omni ex parte contracta ac mutila. Quæ omnino à nobis compoſito preterĉũtur. Luteuij tantũ memoriola ſilentio à me non inuoluetur. Quod nomẽ adhuc noſtris Inſubribus gratiſſimum eſt. Caracterum politia hunc antiquiſſimum eſſe DECLARAT: non vt quidam volunt hominem celticum aut Germanum. In

L LVTE
VIVS
O LATER M
NVS

Vicus Biſuſti.

IN eadem Valle illinc quinto fermè ſtadio Biſuſti uicus accedit. Pagus omnino bis terqꝫ uſtus; ſi loci reliquiæ inſpiciantur. In eo; quod memoratu dignum ſit, reperitur nihil; preter Aedes Mayni Moccioni ſatis ſumptuoſe ſtructas: quibus non vicus modo ille, ſed ea Vallis ita ornatur: vt de ijs illud merito dici poſſit.

Vnáqꝫ iam tota ſtabat in vrbe domus.

Maynus Moccionus.

Cliuiũ vicus. Stabula. Stabium.

E regione orientem verſus æſtiuũ ſolem Colli imminet Cliuium: vicus eſt ſanè conſpicuus; qui ſibi; ipſi nomen Indidit in Cliuo conſtructus: à quo velut è ſpecula anterior poſteriorqꝫ Vallis latè proſpicitur. In poſteriore ſtabula ſunt; oppiduli id nomen eſt; quod ſtabium modo vulgus appellat. Arbitror autem ibi fuiſſe equorum ſtabula eorum militum; qui preſidij loco eas partes tutabantur ab excurſione Inalpinarum gentium: quæ ſubito agmine illum tractum populabantur. Ad Collis dorſum cui Cliuum imminet; duo municipiola viſuntur; Pſaltriũ Lapicidinis percelebre; et Iſarſum vbi antiquiſſimi populi Alpinarũ gẽtium à C. Plinio Hiſarci appellati; ſedes habuerunt. Quod ſi quiſpiam oppidum Arciſate Hiſarcis populis pertinuiſſe exiſtimarit: nec Incongruum fuerit; cum loci vicinia: tũ nominis ſimilitudine arguere Arciſate dictum. vel Hiſarcorum aram vel arcem non autem vt ſupra dictum eſt Cæſaris Aram: vt multis placuit In vico Cliuij memoriale ſunt Albutiorũ: qui mihi ſunt acceptiſſimi; quod ex ijs tam antiquiſſimis natalibus orti ſunt Aurelius poeta egregius ab Alciato etiam celebratus: et. Io. Iacobus harmonicæ muſices peritiſſimus: mihiqꝫ non ob hanc Cauſſam ſolum; ſed morum ſuauitate chariſſimus. In horum igitur gratiam memoriolam hanc Albutiorum hic annectam.

Pſaltrium. Iſarſum. Hiſarci populi. Arciſate. Hiſarcorum Arx. Aurelius. Albutius poeta. Io. Iacobus. Albutius.

L A P I C I O
B R V T T I D I O
S O T E R I C O
Q V A E S T O R I
A N N I
P R I M I
C V R P R A E S I D I
E T A L B V T I A E
S E X F I L
E X O R A T A E
E I V S C E N T
C E N T O R

EODEMQVOQZ IN OPPIDO.

D O L O B R A R
S C A L A R I O R
L D D C

Magiſtratus hic, quẽ Fabrorum Præfectum vocant, non infimæ ſortis eſt in Caſtris: vt potè cui cura nõ modo metandorũ Caſtrorum, Fabrorum, lignariorum, Carpentariorum. Ferrariorum demandata fuerat: Sed etiam qui Machinas bellicas ad expugnationem vrbium nouas commentaretur, veteres reficeret; ſub terraneos cuniculos faceret: Aquarum detrimentis occurreret. Porrò ex notis illis quatuor Intelligimus Locum dediſſe diuũ Cæſarem. In collis (vt à diuerticulo repetetur fabula) radice, In quo Cliuium Imminêre diximus Vigluuium Iacet. vicus olim Cliuij. Id ergò magis Vicluuium Hoc eſt vicus, Cliuij, dicerem, quam Vigluuium: In eo nulla, quæ ipſe viderim, vetuſta ſunt monumenta. Vallis quinta et in noſtro ordine vltima: Quæ plurimis Oppidis, Caſtellis, arcibus, vaſtatis eſt frequens. Eius regionis Incolæ velut per manus acceperint à maioribus conſtanter aſſerunt eo

Fabrorum præfectus.

Vigluuiũ Cliuii vicus.

Vallis quinta.